

The Electronic *Manipulus florū*
www.manipulusflorum.com

Doctrina siue doctor n
cum fontibus proximo et primis

Doctrina viri per patientiam....

Aliter. Doctrina viri per patientiam noscitur. quia
tanto quisque minus ostenditur doctus.

quanto minus patiens.

Neque enim potest veraciter bona docendo impendere.

si viuendo nescit aduersa equanimiter tolerare.

Recte autem subditur Et gloria eius est iniqua pretergredi.

Tanto quisque minus ostenditur doctus,
quanto minus paciens.
Neque enim potest ueraciter bona docendo impendere,
si uiuendo nescit aduersa equanimiter tollerare.

Perfecti enim doctoris est
sic aliorum improbitatem pacienter sufferre
ut se nouerit ab iniquis pacienter obseruare.
Neque enim propria mundicia sine tollerancia sufficit,
neque tollerancia sine mundicia ualet.

Gregorius super illud Proverbiorum XXV.:
Doctrina uiri per pacientiam noscitur.

Perfecti enim est doctoris
sic aliorum improbitatem patienter sufferre.
vt se nouerit ab iniquis patienter obseruare.
neque enim propria mundicia sine tolerantia sufficit.
neque tolerantia sine mundicia.

Glossa ordinaria, liber parabole, 19 (Biblia Latina
cum glossa ordinaria, A. Rusch ed., Strassburg, 1480).

Tanto ergo quisque minus ostenditur doctus,
quanto conuincitur minus patiens.
Neque enim potest ueraciter bona docendo impendere,
si uiuendo nesciat aequanimiter aliena mala tolerare.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 2.35.5
(CCSL 141, R. Étaix ed., p.325, ll.128-131).

Et gloria eius est iniqua praetergredi (Prou. 19:11), quia nimurum
perfecti doctoris est
sic aliorum improbitatem patienter sufferre
ut suam quoque fragilitatem nouerit ad iniqua actione sollerter obseruare.
Neque enim aut munditia propriae conuersationis sine tolerantia sufficit
externae perturbationis aut si is qui fortiter aduersa foris sustinet intus
adhuc eneruiter iniquis motibus fauet.

Beda Venerabilis, *In Proverbia Salomonis libri III.*, 2.19
(CCSL 119B, D. Hurst & J.E. Hudson eds., p.100, ll.63-68).